



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

12. Quid deuotio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

quum illud ex ipsa meditatione pender,
& sequitur. Peti autem in vniuersum pos-
sunt maius lumen, maiorq; Dei & nostri
cognitio. Tum verò peccatorum remissio,
infirmis curatio, concupiscentiæ dimi-
nutio, imperfectionum omnium condo-
natio. Postremò deniq; virtutum conserua-
tio & incrementum, eorumq; omniū, quæ
nos Deo cariores & beatiores efficere pos-
sunt, consecutio. Atq; hæc de meditatione
breuibus. Quā ea plena sit suauitatis, quan-
tus fructus ex ea redundet, vsus ipse & ex-
perientia docebunt magis, quàm quæuis
humanæ rationes & verba.

PARS XII.

De Deuotione. Quid ea sit.

EX vsu, frequentiq; exercitio orationis
& vocalis, & mentalis nascitur deu-
tio, quæ aliud nihil est, quā actio quæ-
dam voluntatis vtrò se offerentis (quod i-
psam deuouendi verbum indicat) ad ser-
uitutem Dei, tanquam vltimi finis sui. Ab
hac oblatione proficiscitur, vt D. Thomas *1. 2. q. 83.*
ratiocinatur, promptitudo quædam ipsius *art. 2.*
illius voluntatis ad alacriter complecten-
dum, & hilariter exequendum quicquid
cognoscit pertinere ad seruitutem Dei.

Hæc

*Deuotionis
definitio.*

*Deuotionis
causa.*

Hæc autem prompta voluntas oritur, vt diximus, vt ex ardenti precationis studio, ex meditatione de Deo, beneficijs in nos collatis; quæ actiones sanctæ, deuotionis sunt causæ, & quia causæ, nomen etiam deuotionis illis sæpè attribuitur, vt nimirum quis deuotus dicatur, quando orat, meditaturque libenter, & feruidè. Quia etiam ex illa promptitudine voluntatis in Dei obsequium, & ex feruida oratione, & meditatione, sæpè emergit dulcedo quædam, quam degustat animus, cum desiderio incenditur benè viuendi, placèdi Deo, aggrediendi aliquod opus ad illius obsequium pertinens, fit vt ea dulcedo, vulgi vsu vocetur deuotio, cū non propriè sit deuotio, sed deuotionis effectus fructusque, quem cōmunicare subinde, & sæpè ijs solet Deus, qui expediti & prompti sunt ad illi obsequenda, & ex animo famulandum.

PARS XIII.

Pueris & adolescentibus maximè conuenit deuotio, & qui illius sint effectus.

DVPLEX consideratio maximè deuotionem procreat & accendit. Prior est, quòd Deus sit auctor, & parens vi-

ta